

Jabianus Damerian, Joanni Dan:  
tisco episcopo Culinensi.

42

Reverendissime in Christo pater et domine  
michi gratiose. Servitorum meorum com:  
mendatione premissa. Dominus Cornelius  
Sapperus his diebus hinc equis disposi:  
tis per Franciam, habens saluum con:  
ductum advolavit, tractans inter cesarem  
et regem Gallia nescio que. Fuit cum  
rege veniendo aliquot diebus, et revertitur  
ad eum. Suspiciamus negotium esse pacis  
inter fessos et forsitan are exhaustos. De  
inducio pro aliquot mensibus inter Gal:  
los et Belgas factis, nihil dubito iam  
dudum scire vestram reverendissimam domi:  
nationem, de quibus cesar non satis con:  
tentus videtur esse, quum in illis parti:  
bus felicius, quam alias usquam bella:  
tum sit pro eius maiestate. Sunt qui  
opinantur omnino pacem brevi nos visu:  
ros, quum maximam illam pecuniam no:  
stram, et amicorum nostrorum forsitan omni:  
um, hactenus ad fundum evertimur.

India ille nova non sine admiratione  
aliquamdiu nihil dederunt, causa nescitur  
publicè. Fugari et Welzeri, nonnisi centes:  
nis millibus sua debita computanda ha:  
bent in his terris. Comitem palatinum

Fridez



Fridericum certe dicunt superiore anno dedisse cesari proficiscenti in Gallias omnes suos milites cum seculo, qui ad expugnandam Daniam repositus erat, quae res domino duci nostro non potest esse ingrata, similiter et negotiatoribus nostratibus etc.

Super matrimonio principis Portugaliae cum filia regis Angliae, quem nunc ditissimum vocant, dicunt tracturi, sed forsitan tepidius. Similiter dicunt principem Oraniae aliquamdiu spe nutritum matrimonij, cum filia ducis Lotharingiae, sed repulsam supervenisse. Opinantur aliqui propter haec bella, nisi forsitan principatus Oraniae in medio Franciae existens per regem inimicis ut antea ademptus sit. Datum in Monsion Arragoniae die undecima Septembris, anno Domini 1537.

Huiusdem reverendissima dominationis vestrae totus servus.  
Fabianus Damerian.

Reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Joanni Dei gratia episcopo Culmensi, et coadiutori Warmiensi, domino gratioso